



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Instrvctio Novitiorvm

Juan <de Jesús Maria>

Coloniæ, Anno M.D.C.XIII

Pars Tertia de orationis studio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48624](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48624)

tia sanitarum instruere: sed hæc, cum aliorum bonum non propriam sanctitatem, cui nunc fratres nostri vacant, augere certum sit, in aliud tempus rejicienda sunt.

PARS TERTIA DE ORATIONIS STUDIO.

De Oratione. Cap. I.



Religio (quæ, & Theosebia, Eusebia, & Latria nominatur) omnium virtutum moralium nobilissima, multos & internos, & externos actus producit: interni actus sunt oratio, & deuotio, de quibus primum dicemus.

2 Est autem Religio virtus in voluntate existens, per quam debitus cultus, & reuerentia Deo exhibetur. Oratio verò eius virtutis actus, est eleuatio mentis in Deum: voluntas quippe, intellectum ad cultum Deo afferendum mouet.

3 Quan-

3 Quanta verò sit Orationis dignitas, ex religione, à qua oritur, non obscure deduci potest: si. n. virtus illa inter morales vniuersas principatum obtinet, oratio quoque actus erit inter aliarum virtutum actus præstantissimus: licet enim Theologicus non sit, altiùs tamen alijs, Deum quasi finem respicit.

5 At enim ex ipsa eleuatione mètis, quæ à sanctis omnibus ei tribuitur, eius celsitudo se prodit: quasi pigeat mentem orationi deditam, creaturarum meminisse, ac omnem vim suam in excelsissimam diuinitatem attollat.

5 Et quidem res iuxta mores hominũ expensa honestatem eximiam habere videtur: si enim ex Regis, vel Imperatoris terreni consuetudine tam insignis honor contrahitur, vt ab hominibus, plusquam diuitiæ, ac inde ortæ commoditates, & voluptates, fiat; quod eius honoris ambitio crebra, & affectata restatur; qualis honor erit, quem Dei colloquia creant?

6 Vniuersorum Patrũ laus hoc cardine vertitur: omnes in hoc studium au-

dissi-

diffimè incubuerunt: hac de causa se in
solitudines ac speluncas abdidere: hic
amor praelationes refutauit: hic ani-
morum grandium pastus pinguis-
fuit.

7 Et sanè non ijtantum, quos Iesus
Christus, patrata incarnatione, aut in o-
ratione pernoctans, aut in eremum per
dies quadraginta secedens, aut per
annos triginta Patri suo tacitus
vacans, exemplo suo erudiuit; sed illi
quoque, qui eius aduentum antegressi
sunt diuinum Orationis exercitium re-
ligiosissimè, ac diutissimè coluerunt: cu-
ius asserti testes omni exceptione ma-
iores, & Abraham deserta perambulàs,
& Moyses oues pascens, & Patres no-
stri Elias, & Eliseus Carmelum incol-
lentes, fidem facere possunt.

8 Qui se posita rerum omnium, & sus-
cepta vnus Dei cura, sic se ipsos obliui-
oni tradidisse visi sunt, vt animos ora-
tione in Deum, velut transformatos, à
corpore alienos, in corpore gererent.

9 Hac vi pollet oratio, quæ in nouo
precipuè testamento resplenduit: quod
enim sapientia huius Magistro Dei fi-
lio,

lio, dum oraret in monte Thabor accidit, ut fieret species vultus eius altera; hoc hominibus orandi peritis evenire videtur, dum è consortio Dei lucem Diuinam haurientes è statu quodam altiore cæteris hominibus illustre quiddam spectandum exhibent; quod reuerentiam incuriat.

10 Res profecto sublimis est: quæ mox, ut cordi hominis alicuius insedit, spem felicitatis immensam generat. Cum enim planum sit, ea bona, quibus homo beatur, non aliunde, quàm à Deo dimanare posse; quæ licet Clementissimus Deus libenter largiatur, peti tamen à se vult: efficitur, ut qui studij huius firmum propositum concepit, rectam beatitudinis viam inuenerit, ac faulste etiam ingredi cœperit.

11 Hinc est ut infestissimus nostræ salutis hostis mille machinis orantes impugnet, ut vel ab incepto deterreat, vel minus generose progredi faciat. Nouit enim, eos qui strenuius exercentur, magnam eius agminibus cladem inferre: quippe qui Dei luce multos illustrent, & ad æmulationem incendant.

12 Hoc

12 Hoc verita orandi consultissima Beata Mater nostra, & Virgo Theresia, vehementer hortatur ad propositum Orationis constanter retinendum: sibi. n. persuasit, fieri non posse, vt, qui fecundissimo huic exercitio deditus est, non feliciter proficiat.

13 Nec immerito: ibi enim animi malis obsessi, nouo robore fulciuntur, & ad passiones edomandas, & virtutes acquirendas vegetiores effecti, licet inermes ingressi fuerint, ad bellum armantur, & fortiores egrediuntur: cuius certè re signum fuit illa Christi Domini nostri post orationem horti ad suos hostes animosa progressio.

14 Oratio quippe cor magnanimitate constabit: quæ Dei fortitudine, velut instillata concipitur: nihil est enim, quod creaturæ animum sic erigere possit, ac manus Creatoris ad auxilium ferendum porrecta: locus autem orationi destinatus adiutrices Dei manus nunquam excludit.

15 Quid verò de arcanis illis solatijs, de rerum cœlestium notitia, de mundi contemptu, de pace cordis, & alijs filiorum
rum

rum Dei notis, quæ animo imprimuntur dicemus? Profecto quicquid à disertissimis mundi Oratoribus in hoc genere dici posset, min^o est, quàm quod oratores Dei se exercendo perquirunt.

16 His ergo de causis fratres nostri orationis studio addictissimi esse curèt: nec Parentum nostrorum gloriam, qua ex Dei consuetudine claruerunt, degeneri posteritate restinguant. nihil enim prætexi potest, cum regula nostra Parentum mentem amplexa, sic habeat: Die ac nocte in lege Domini meditates, & in orationibus vigilantes.

17 Id quippe à nobis Deus requirere videtur, quod nobiliores Dei oratores totius vitæ decursu præstiterunt, ut scilicet, omne tempus, quod præsentis vitæ necessitate non adimitur, orationi consecremus: quod est ornamentum status nostri nobilissimum.

18 Qua enim gloria potuit altius efferri, quam sic Deo addici, ut more Hierarchie illius Angelicæ supremo Seraphim ordine clausæ, Deo perpetuò assisteret, nec nisi necessitate interpellaret.

19 Propter hoc qui è nostris hac etiam ætate,

ætate,

etate, rem bene tenuerunt, miram orationis peritiam adepti sunt, & instituti actus omnes mentis opulentia compleuerunt: quorum vestigijs inhaerere, nobis, & honestissimum & utilissimum est.

20 Actus enim omnes, si seorsum, excepta mentis elevatione spectentur, velut cadauera quaedam humi iacent, nec animum erigere possunt: at si spiritus ille vitæ, quem elata mens à Deo attrahit, flare incipiat, statim excitantur, & Deo gloriam, oratori honestum, vtileque conciliant.

21 Studeant igitur fratres nostri tot vinculis astricti, orandi peritiam comparare, ac nauiter exercere, vt nihil eis ad omne bonum, in vilo genere defuit.

22 Legent autem attentissime, ac perdiscant subiectum orationis compendium, quo, quicquid à Patribus traditum est, amplexi sumus, vt arte vti incipiant, donec spiritu, qui certis regulis claudinet, agantur.

De Orationis Compendio. Cap. II.

23 **A** Mor temporalium omnium
 malorū origo est: qui ex meli-
 orū, hoc est, æternorum igno-
 ratione promanat: non enim animus
 diuinarum rerum conscius ad fluxarū
 rerum utilitatem degeneraret. Ignora-
 tio verò hæc nocentissima, ex inconfi-
 deratione procedit: constat quippe as-
 pirantibus ad cœlestium cognitionem
 lumen cœleste minimè deesse.

24 Triplex bonigenus, quo capitur
 cor humanum, in hoc planè cœlesti ex-
 ercicio cumulate prouenit: vtile vsque
 ad quandam immunitatem à bonorum
 vtilium indigentia: constat enim viros
 orationis studio deditos, minùs quam
 alios, fame, siti, frigore, calore vexari, ac
 propterea victum, vestitumque parcif-
 simè requirere: honestum vsque ad ex-
 celsam cum Deo familiaritatem: dele-
 ctabile, vsque ad ineffabiles, castissi-
 masque paradisi delicias, quæ foeliciter
 hic palibantur.

25 Est prætereà facilis hæc exercita-
 tio, & cuius quantumuis agresti
 homi-

Q

homini peruia; eò quòd inest in natura semé illi^o, què admodù & aliarù virtutù, quarù act^o nature ductu, imperfectè saltem obeuntur, & quod pluris est, diuinæ gratiæ afflatu, qui non deest, passim à rusticis, & ignaris etiam mulierculis frequentatur; vt nemo iure possit difficultatem prætexere, quod vel hac ratione conuincitur.

26 Nemo est adeò ferus, qui saltem periculus, & calamitatibus obsessus, nesciat cogitare Deum vbique præsentem posse mala illa depellere, ac ex illa fide, eum pro malis auertendis deprecari, optare què illius gratiã inire: quod perfectò nihil est aliud, quàm orare, iuxta definitionem orationis à sanctis Patribus traditam, quæ sic habet: Oratio est eluatio mentis in Deum.

27 Orationis partes sunt, Præparatio, Lectio, Meditatio, Gratiarum actio, Oblatio, Petitio.

28 Præparatio est duplex: remota, & proxima. Remota est fuga occasionù distractionis, & abdicatio curarù. Proxima verò constat consideratione diuinæ
Ma-

Maieſtatis, vnde oritur affectio reuerē-
 tiæ ob celsitudinem, & amoris: ob di-
 gnationem: non enim parum commo-
 uetur cor, cum animaduertit ſe à diuina
 Maieſtate ad colloquium admitti. Exo-
 ritur etiam affectus humilitatis ex confi-
 deratione propriæ vilitatis, qua conſtat
 etiã præparatio, tantò quippè vilior ho-
 mo ſibi videtur, quanto altioris eſt, cum
 quo verba facit, & quia vilitas ſumma
 in peccato ineſt: ex quo ſibi homo tur-
 piſſimus, abiectiſſimusquē videtur, pec-
 cata execratur, & odit: & viliffimus iam
 homo ad Maieſtatis ſupremæ colloqui-
 um, ceu quidam Publicanus, dimiſſis o-
 culis ſe metipſum accuſans orationem à
 fundamento humilitatis incepturus ac-
 cedit.

29 Lectio præmittenda, vel ſubijcienda
 præparationi (neque enim ordo neces-
 ſarius eſt) debet ad rem pertinere, vt ſci-
 licet ſit ad cor permouendum opportu-
 na; quales paſſim ſuggerunt opuscula
 pia de meditationibus inſcripta, Lectio
 ſit ſedata, ſit altè perpenſa, ſit non ſci-
 endi, ſed Deum amandi ſtudio accepta:
 & cum ſentētix cuiuſpiam vim animus

Q 2 ſentit,

sentit, & vrgetur; à lectione desistatur;
 ac sententia illa digeratur, & expendatur:
 quod meditando efficitur; vt affectus inde
 diffultent; quibus voluntas ignita flammescat.
 Et quidem præscriptiones hæc ubiq; in lectione
 obseruandæ sunt, si fructū inde q̄s referre desiderat.
 30 Meditatio, quæ nihil est aliud, quàm
 discursus intellectus volūtatē ad bonum
 hortantis, vel à malo dehortantis, lectionem
 piam ad opus orationis selectā pensitat,
 & digerit, quasi cibum, quo voluntas alitur,
 & conualescit: ac propterea meditationis
 modus iuxta voluntatis opus est ineundus:
 vt scilicet meditatio tanquam instrumentum
 quoddā vsurpetur, quo voluntas afficitur ad
 honestum; ac proinde, nec nimium procurrat,
 nec lentescat: sed eo dumtaxat modo exerceatur,
 qui cordi subserviat: vt cum voluntas exardescit,
 intercidatur, quoad vsq; calore illo defervescente
 repetere illā oporteat. Impēsus .n. in affectū,
 quā in meditationē ipsam incumbendū est;
 adeò sanè, vt quo breuior, & concisior
 meditatio, eò fœlicior oratio esse soleat,
 multiplici nempe affectu fœcunda.

31. Meditatio fit bifariam, vel de rebus, quæ sensu percipi possunt sub imaginibus corporeis; vt de actibus passionis Christi: vel de rebus intellectualibus, vt de diuina bonitate, aut pulchritudine: quæ licet sub aliquibus etiam corporeis imaginibus concipiantur, propriè tamè id non exposcunt: sed tota propemodū res, sine imaginum concursu, ab intellectu peragitur.

32. Iuxta hos autem meditandi modos, duplex Dei præsentia distinguitur, imaginaria iuxta primū, intellectualis iuxta secundum. Est autem præsentia Dei quædā applicatio mentis, & affectus ad Deum, resquæ diuinas, vel imaginario, vel intellectuali modo conceptas,

33. In meditationis excursu plura sunt accuratè perpendenda.

Primò, Res, quarum imagines concipimus propè, vel intra nos cogitandæ, ne animus euagetur.

Secundò, Non est infigenda imaginatio ijs phantasmatis, quæ componit, ne decipiatur, vera putans, quæ vehementer cogitat.

Tertiò, modicè speculandum, & in affectus impèsius incūbēdū. Quar-

Quartò, Voluntas ſibi temperet, ne quid nimis: ne ſcilicet nimio conatu, quo caput læditur, deuotionis ſenſum quaſi torculo nitatur exprimere: ne uel cum Dei ſenſum naſta eſt nimis dilate- tur, & commoueatur, ſed fruitioni ſe- dataſſueſcat.

Quintò, Attentio magna præſtetur; at non ſine modo; ſub initium præſerim, ubi animus defatigandus non eſt, quo- uſque orandi procurſu concitetur.

Sextò, Non in quouis Dei gultu ſub- ſiſtendum, ſed inſiſtendum, ut berius cor perfundatur, ac caeleſti pluuiã ſec- undetur: nam modica deuotio facile at- tinguatur, & intercudit.

Septimò, Quando fiat ſpiritus, ubi- cumque id acciderit, arripiatur (ſi fieri poteſt) inſpiratio; quæ eſt ſibilus paſto- ris ouem ad paſtum uergentis; & oratio- ni uacetur. Quapropter tametiſi ex ma- teria orationi præparata quis euocetur Dei ſenſu ad res alias, de quibus mini- mè cogitarat, ſinat ſe duci quò uocatur.

Octauò quando uoluntas ardere in- cipit, intercudatur diſcurſus, & affectus inualeſcat.

Nonò

Nonò, Si affectus nimis inflāmetur, interdum illum intercidere, & ad alia, quibus voluntas minus vrgetur, diuerrere oportet; ne cor lædatur, sed requiescat.

Decimò, Imaginibus, quæ cogitando componuntur, ne facilè credatur: eadē imago, puta Christi, & à Deo, & à demone, & à propria imaginatione componi solet: ac proinde consilio res decidatur.

Vndecimò, Nonnulli vix modica egent meditatione, vel ob ante actum meditandi studium, quo voluntas conuicta, benè affecta est, quod virtutis est argumentum, vel ob animi teneritudinem, quod solet esse mollis naturæ vitium, quod attentè perpendatur.

Duodecimò, Aliqui pollent imaginādi vi, & quicquid libet ita figurant, vt lineamenta quoque, minimasquē corporis partes, quasi ad viuum exprimāt: qui periculo illusionum patent, & frequentissimo cōsilio & correctione imaginationis egent.

Decimo tertio, Alij nihil ferè imaginatione componere valent: quos ariditas vexare solet, quasi imperfectè saltem.

Q 4

tem

tem imaginari queant (quod satis est, neq. n. expressio imaginu multa requiritur) intellectu aia pura, ne statim arripiant: sed si prorsus inepta imaginatio est, de Magistri consilio, orationi, ac Dei præsentia, intellectuali vacare fas erit.

Decimò quarto, Si quis imaginandi vi polleat, & vniuersè, quiuis alius multiplicia capita vitet: ne scilicet distinctas imaginum partes, puta, manus, pedes, latus, Christi, ad singulos affectus, vel actus, dum orat, vel recitat, adoret: (notet enim capiti vehementer saltus hic multiplex, & breui orationi reddit ineptum:) sed toti simul Christo impensius, & prudentius vacet.

Decimoquintò, Meditantes multis distractionibus infestati ante statas orationis horas, occasiones immodestia, ac verborum diligenter vitent, nec aliquid nisi Iesum Christum scire velint: quòd si nec sic se intus colligere possint, enitantur inter orandum cogitationes importunas excutere: quòd si neque hoc modo quiescant, aliquam precatonem, puta, Dominicam, seu Psalmum,

mum, vel sola imaginatione, si cum alijs orent, vel si soli ore quoque recitent: ac ea verba intercalatis breuioribus meditationiunculis expendant: quòd si neque sic cogitationum importunitas cesset; si priuatim agant, lectione libri pij, cum admixta meditatione, orationis vice vti poterunt.

Decimo sextò, De orationis, seu meditationis materia nihil certè definiatur: ea quippe materia cuique salubrior est, vnde vtilitas maior existit: quòd cū ex ingenij, diuinitq; adiutorij collatione. sit decernendum, consultatione res statuatur. Hæc omnia, quæ de meditatione præscripsimus, à iunioribus Fratibus, non sine consilio Magistri agèda sunt: quod vniuersè in alijs rebus, sed ijs præcipuè, quæ ad orandi peritiam spectant, vbi multa pericula oriri possunt, exactius obseruandum est: quapropter mox vt aliquid insolitum, vel dubium acciderit, sine vlla mora, obedientiæ oculum Fratres nostri consulant, ne se præcipites agant.

34. Postquam quis meditatus est, ac intellexit vim beneficiorum Dei, quid ipsa me-

Q5

sa me-

sa meditatione ponderantur, appositè
 subtextit gratiarum actionem: ut si de
 Christi crucifixione cogitavit, qua quis
 scit se fuisse redemptum, oportunè gra-
 titudinem concipit; ac singulari bene-
 ficio, quod tunc expendit, cetera siue
 generalia, siue peculiaria subnectit sub-
 iecto breui catalogo, quem à creatione
 auspiciatus mente percurrit: & ut grati-
 tudo coalescat, cupit uniuersa corda,
 quæ in cælo, siue in terrarum orbe Deo
 accepta sunt, sibi tradi: ut immensam
 gratitudinè è tot cordib⁹ exultantè dul-
 cissimo Deo suo, vno corde, rependat.
 Cupit autem in primis cor Beatissimæ
 Virginis, & (quod fœlicius est) ipsius
 D.N. Iesù Christi cor adipisci, ut fiat ve-
 hementior æstus gratitudinis qua fla-
 grare desiderat.

35 At quia gratitudinis virtus, quæ semel
 excitauit affectum (quoad per eam fieri
 potest) gratiam referre molitur, aptè
 gratiarum actionem subsequitur obla-
 tio; quæ gratiam multis actibus repen-
 dere tentat. Quapropter ipsi gratiarum
 actioni multiplex oblectatio annecten-
 da est. Pro beneficijs videlicet acceptis,

ac figillatim, pro beneficio, quod medi-
tando perpēsū est, dulcissimum D. N.
Iesum Christum, ac Beatissimam Virgi-
nem cum eorum meritis, propriamque
similiter personā, cum cogitationibus,
verbis, ac operibus vniuersis in hostiam
laudis, & gratiarum actionis affectu ar-
dentissimo expedit offerre; ac vniuersa
corda, quæ vbiq̄ue Deo placent, eodem
mystico sacrificio simul immolare,
Quod certè sacrificium poterit etiam,
ac debet offerri pro peccatis, ac in
hostiam pacificam pro ijs bonis impe-
trandis, quibus eget, qui orat, quousque
ipso Deo fruatur: & denique in holo-
caustum ad ineundam cum Deo cordis
vnionem, & ad diuinæ Maiestatis con-
fessionem, ac potestatem: vt quadru-
plici hostia distinctis cordis motibus, ac
directionibus expressa, quælibet co-
gitatio, vox, siue actio quadrifariam
Deo fiat accepta, & quaternis meritis
aucta.

36 Oblationi concinnè annectitur peti-
tio; appositè quippè petit id, pro quo
pretium offert. Patet autem ex enume-
ratione quatuor hostiarū, quas pau-

Q 6 lo

ofre
fide
quis
gra-
me-
sue
ub-
one
rati-
rda,
Deo
sam
dul-
dat.
imz
ofius
ve-
fla-
mel
fie-
apte
ola-
en-
um
en-
tis,
36

lò ante recensuimus, eū, qui orat, semetipsum D. N. Iesu Christo, ac Beatissime Virgini sociatum, cum suis meritis vniuersis offerre in hostiā pro peccato, & hostiam pacificā, hoc est, ad noua beneficia impetranda (vt reliquas duas hostias, non adeò propriè huc spectantes prætereamus.) Est ergo postulaturus admodum impensè, veniam peccatorū, & mox bona illa vniuersa, quibus eget, vsq; ad optatissimum ipsius Dei conspectum, ac fruitionē: sigillatimq; deponet verā peccatorum penitudinē, & humilitatem, Theologicasq; virtutes, & præsertim diuinæ bonitatis amorem: ac denique virtutem eam, qua se magis indigere, & eius passionis, seu tentationis victoriam, qua se magis vtgeri, pernoscit. Quæ certè omnia, cum cæteris bonis non sibi tantum, verum & Ecclesiæ toti, ac vniuerso humano generi, quoad licet, exposcet; vt neminem lege charitatis excludat.

37. At quod in petitione potissimū exquiri debet, est inconcussa quædā fidei firmitudo, vt nihil hæsitet, qui postulat; sed certò statuatur se bona, quæ de-

postulat,

poscit, per Christum obtenturum: quam certè firmitatem è tribus subiectis rationibus, in capite de spe fusius expensis; quibus nemo mentis compos valet oblucri, poterit haurire.

38 Prima, Deus suo pte ingenio est ad benefaciendum, ac miserendum propensissimus, quia est infinitè bonus; quod ipse luculentissimè ostendit, cum non rogatus, sed nativa sua bonitate flexus filium suum neci tradidit pro me. Si ergo non interpellatus mihi immerito, ac in peccatorum cœno iacenti filium dedit; quis nisi plane stolidus, vel insanus dubitabit, an mihi, nō iā peccare cogitanti, sed peccatorum veniam, & alia ei gratissima, sed multo minora bona postulanti, sit veniam indulturus? Certe ratio hæc euincit, vel me dementem esse, vel debere, sine vlla hæsitazione, quicquid confert ad salutem æternam postulare.

Secunda: Certum est dulcissimum D. N. Iesum Christum, ita pro me mortuū traditum, ac si pro nullo alio traditus fuisset: non enim mihi magis officit aliorum salus, nec magis à me sanguis il-

Q 7

lius

lius diuertitur. quàm si pro me solo illum effudisset, nec de alio quouis redimendo cogitasset; quod Apostolus sensisse videtur, dum ait: Vivo in fide filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me Statuamus igitur menon vniuersorum hominum scelera, sed pauciora perpetrasse, ac de illorum remissione apud Patrem æternum agere, interposito toti^o sanguinis filij eius precatio, vt mihi clementissimus Pater ignoscat: vbi ex hypothesi) de vnius dumtaxat hominis peccatis condonandis agitur, ac si nemini, præterquam mihi, parcendum esset. Qua in re, quis, obsecro, tam rudis, vel amens erit; vt non animaduertat, se, omni hesitatione depulsa, debere fidentissimè postulare: non enim hæc ratio, alia minùs firma, quàm doctrina ipsius veritatis innititur, vt mirū sit, quomodò spei infirmitate laborè.

40 Tertia. Super alia spei fomenta est insignis illa promissio, qua D. N. Iesus Christus semetipsum nobis addixit auiens. Omnia quæcunque orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis: quibus certè verbis, ita spem me-

- am

am studuit promouere, vt nullo modo.
quid aptius, & ad eam erigendam effi-
caciùs possim excogitare.

41 Exigit quippè à me, vt credam, illū,
bona quæ posco, mihi velle prestare;
quo quid facilius? Si enim ille suap^e na-
tura ad benefaciendum propèlissimus
est (vt prima ratione patuit) & præterea
neci traditus est, vt eo pretio obtinerem
ego bona, quæ posco, (vt secunda ratio-
ne constitit) & demum firmissima pro-
missione semetipsum obligauit, vt ea
bona largiretur (quod tertia ratione li-
quet) quid facilius; quam eorum impe-
trandorum fidē concipere? quin & illa
denique obtinere? Si enim adhibeo cō-
ditionem, sub qua, is illa pollicitus est,
nunquid credi pōt, me illa non obtētu-
rum? minimè quidem. Et profectò ratio
hac conuincit, me quodammodò de-
mentatū esse, si bona salutis æternæ mi-
nùs fidenter exposco.

42 His ergò tribus rationibus erectus;
hac vltima orationis parte, ex qua vi-
ctoria pendet, vsurus sum, sicut scri-
ptum est: Si quis vestrum indiget sa-
pientia, postulet à Deo, qui dat omnibus
afflu-

affluenter: postulet autem in fide nihil
hæsitans: ac in hunc modum compen-
dium orationis absoluitur.

De deuotione in commune. Cap. II.

1 Exploratum est celeste orationis ex-
ercitium esse quandam veræ deuo-
tionis officinam: deuotionemq; ipsam
(quæ principalis religionis actus est) esse
orationis scopum, siue fructum.

2 Est autem deuotio actus voluntatis,
quo se promptè ad famulatum Dei tra-
dit; cuius laus multis ex capitibus ma-
xima est, ex eo præcipue, quod animæ
pinguedo fit: quod satis diserte. regius
Vates ostendit aiens: Sicut adipe, & pin-
guedine repleatur anima mea: & statim
eius adipis notissimum indicem, vocale
laudem, adiecit aiens: Et labijs exultati-
onis laudabit os meum.

3 Efficit quippe totum hominem ex-
peditum, & alacrem, vt & animo, & cor-
pore actus pios exerceat: nullus labor,
anxietas nulla, infestatio nulla est, quæ
non illa voluntatis alacritas, seu prom-
ptitudo depellat.

4 Res

4. Res ad modum utilis est, quę bonorū operum auiditatē generat, & præter Deum; omnia fastidit: quam obrem, more sanctorum, exquirenda est, a motis ijs impedimentis, quę viam illi præcludere possint.

5. At Fratres nostri necessariā, & verā, ab apparente deuotione, opus interno sc̄c̄: cū. n. deuotio vt superi^o dixim^o act^o voluntatis sit, ea deuotio vera, & sincera est, quę in voluntatis expeditione consistit: illa vero sensibilis, quę appetitu sensitiuo percipitur, & corpore oblectat; nec semper necessaria, nec sincera est.

6. Potest quidem sincera esse, cum a voluntatis promptitudine, ac efficacitate deriuatur: at vera voluntatis deuotio, sine deriuatione illa sæpissime constat: quod vel Apostolus euincit, cum ait: Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meę. quem legum conflictum alibi explicuit aiens: Non quod volo bonum, hoc ago, sed quod odi malum illud facio: quibus certe verbis (volo bonum, & odi malū) voluntatis vim, & sinceram, ac propriam

am

ac propriam deuotionem ad pia opera præstanda, malaq; declinanda significauit: cum quo tamen affectu, appetitus reluctatio, in homine vno sæuiebat.

7 Sicut ergo vera deuotio Paulo non defuit, cum appetitum rebus diuinis inimicum patiebatur, ita Fratres nostri, non se vera deuotione carere querantur, si quando nullo rerum diuinarum gustu afficiuntur, immò dum tædio vexantur.

8 Quin etiam vera deuotio duplo validior tunc esse videatur: quia eadem bona opera præstantur, quæ cum Dei gustu effici solent, & præterea sensitius appetitus voluntatis energia domatur.

9 Danda tamen opera est, vt voluntatis efficacia totus homo celeriter ad res pias agatur; & ad hunc finem quæuis impedimenta sunt amouenda (quoad per vnumquemque fieri potest:) at si nec sic deuotio inferiorè hominem expediat, non iactura, sed, ad coronam, iucta est.

10 Postquam ergo deuotionis propriè naturam expressimus, nosse oportet, vulgarissimas esse deuotionis causas, diuinorum scilicet considerationem, beneficio-

fiorum Dei meditationem, & figilatum eorum myfteriorum, quæ ad Iefu Christi D. N. humanitatem fpectant, expenfionem. Licet enim deuotio, erga diuinitatem, præcipuè verferetur, captiuum tamen noftro, per humanitatem diuinitas attemperatur.

11 Sed frequenter accidere folet, Spiritu fâncto fecretis modis animos agente, vt ex alijs rebus, vberior deuotionis fêfus eliciatur: alios enim cæleftis gloria, mors alios, iudiciũ alios, ad opera Dei, promptiùs expedire folent, omnia tamen ad Deum vnde cunq; orta referenda funt.

De deuotione erga S. Euchariftiam.

Beatiff. Virgine, & Sanctos.

Cap. IV.

1 **V**su receptum eft, vt animos Sanctiffimæ Euchariftiæ, vel Sancto-
rũ cultui deditos, deuotos appellemus: quòd ex peculiari affectu ad eum cultum promptiùs ferantur, aut certè prò-
ptius ferri nitantur.

2 Et quidem, panis ille fuauiffimus Euchariftiæ ad excitandam appetenti-

am.

am, & proinde prōptitudinem opportunissimus est: si enim leonem caro, & eum herba præsens vrget, ac expedit, cur hominem rei conscium Iesus Christus illo Sacramēto tectus, non extimulet, ac expediat?

3. Quod si dulcia trahunt, certe ibi spiritalis dulcedo in suo fonte gustatur: præterquam quod amoris immensi incitamentum est, & omnia dilectionis fomenta motum celerē efficiunt. Vnde insignes eius Sacramenti cultores ad eum pastum velocissime trahi conspiciamus.

4. Accedit, quod, cum ibi lateat omnne bonum, quo nemo est, qui non indigeat, ad Eucharistiæ cultum peculiarem, egestas ipsa conducit.

5. Propter rationes has, aliasq; per multas, in Congregatione nostra in consuetudinem ducta est, coram Sacramenti altari, perennis oratio: quam fratres noui, vt id exercitiū ediscant, iuxta ordinem à Magistro præscriptum, deuote frequentant.

6. Sors profecto fœlix est; vt tanto Regi famuli fideles assistant, & pro se, pro alijs,

lijs, pro Cōgregatione, pro Ecclesia tota: pro infidelium conuersione Clemētissimi Dei viscera pulsent.

7 Ex hoc laudatissimo cultu, alijsq; similibus actibus saluberrima cordis appetentia Fratres ad Sacramenti frequentiam excitantur, & vt eis indulgeatur, idonei fiunt.

8 Hinc etiam existit illa summa, quæ tanto Sacramento debetur, veneratio; vt non solum, cum ad Eucharistiam palam ostensam accedunt, sed quoties loca altari propinqua; vel eo spectantia petunt, aut pertranseunt, genuflexione, vel pfūda inclinatione Iesū Christū Dominum nostrum ibi latenter colant.

9 Alia quoque multa, quæ recenseri nequeunt, obtinuit cōsuetudo: quæ à fratribus studiosissime alenda, & ad posteros traducenda est: quod ab eis impense requirimus: & vt ministrationsi Sacrificij Angelico more intersint, ac frequentius interesse, ministrareq; summum & honorem, & lucrum existiment, admonemus.

10 Post Eucharistiæ cultum, qui ad latrariam pertinet; duliæ cultus subijciendus

us est erga Beatissimam præcipuè Virginem, quæ ob singularem excellentiâ hyperdulia coli dicitur.

11 Quam sit autem statui nostro cõsentanea tantæ Virginis deuotio, ipsa eius protectio, Congregationis titulus, & quotidiana eius beneficia demonstrant nihil enim à clementissimo Deo nos, nisi per purissimæ Virginis merita obtinisse, vel obtenturos esse existimamus: & illi quicquid ad Congregationis bonum spirituale, ac temporale diuinitus collatum est, acceptum referimus.

12 At enim, quamuis, nihil nos, præ cæteris Christianis, ab ea recepissimæ sublimissima eius gloria, & dulcissimus decore exigent, vt eam ritu perpetuo, amantissimè coleremus.

13 Si enim ornatam monilibus filiam Hierusalé Dominus concupuit, æquum est, nos eius magni Domini famulos, illam gratiam, & pulchritudinem experere, quæ Dei cor permulcere potuit.

14 Etenim statura eius assimilata est palmæ, vt procerissima, & diuinitati propinquissima sit, & vbera eius botris vbertate tumētibus, vt filios lactet, & summis ima conciliet.

15 For-

15 Forma elegantissima, & ad corda trahenda efficacissima præstat; quam non homines tantum, sed Angelorum chori dum assumeretur mirati sunt aientes: quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delitij affluens, innixa super dilectum suum?

16 Quasi cinnamomum quippè, ac odoratissimum balsamum, non terram modò sed cælos quoque odore replevit: & suffitu suavissimo infinitæ dilectionis Deus delectatus est.

17 Omnia, quæ sapientia in vniuerso mundo perfecit, sub Mariæ pedibus resident, & quasi cedrum Libani exaltatâ, super verticem Seraphim intentissime suspiciunt.

18 Amabilissimus profectò, & super cælorum puritatem serenissim⁹ decor est, qui è Reginæ mirissimæ sede dimanat, & totius cælestis Hierusalem corda suavissimarum deliciarû amne perfundit.

19 Sed & in terras dulcoris eius immensurari descendunt, velut imber super herbam, & quasi stillæ super gramina: à sæculo quippè non est auditum, vt Mariæ misericordia viduę, vel pupillo deesset.

20 Hæc

20 Hæc est Virgo sapiens, & vna, im-
mò prima de lectissimo numero pru-
dentum, quæ terram sapientia implet, &
iustorum prudentiam magisterio dele-
ctabilissimo docet.

21 Huic ad hæzere cerè bonum est: &
coram pulchritudine tanta corde taci-
to, præ magnitudine decoris obstupe-
cere: quem filij Sion inclyti, & amici
auro primo, æmulatione multa, sine fi-
ne requirunt.

22 Fratres ergo nostri, huc animi vires
cogant, & requirant speciosam sicut co-
lumbam ascendentem de super riuos a-
quarum: cuius inæstimabilis odor est
nimis in vestimentis eius, & sicut dies
verni circumuallant eam flores rosarū,
& lilia conuallium, vt hoc odore, & hac
propinquitate recreentur.

23 Nec existiment satis esse mediocri
aliqua deuotione speciosissimam, & su-
per cælos excelsissimam Reginā, & sin-
gulare Congregationis nostræ decus
venerari: publicani enim hoc fa-
ciunt: sed filiorum more, impensissima
cura, mūdi Dominam, semper animo
impressam gerant, & studia omnia, co-
gitatus, verba, & opera illi, sicut &
filio

filio suo primogenito , diebus saltem
singulis summo mane deuoeant.

24 Festa verò ipsius per quàm sedulo
præueniant, & se peculiaribus exercitijs
ad purissimæ lucis illius honorem ap-
positis comparent: & quoties quid in e-
ius laudem agendum occurrit, auidissi-
mè festinent.

25 Vitam , & mores illos imitatione
dignissimos sæpissimè animo versent,
vt aliquid hauriant, quod & sibi, & alijs
prodesse queat : constitutum est enim
veram deuotionem, non tam in preca-
tionibus, quàm imitatione consistere.

26 Nihilò tamè seciùs Beatissimæ Vir-
ginis preces, Coronam , quotidianam
commemorationem studiosè recitent;
& eius laudes, ex animo quoties occasio
tulerit, celebrare nitantur.

27 Quin etiam, ad Christianam perfe-
ctionem comparandam, & mala quæuis
propulsanda, vel præcanenda, Beatissi-
mæ Virginis cum Iesu Christi D.N. præ-
sentia conciliare , & vtramque animo,
vel frequentissimè , vel si fieri possit,
semper impressam gerere, saluberrim-
um consilium est: quos enim Deus

R

con-

coniunxit, homo separare non deberet.

23 Quę de Beatissima Virgine diximus, pauca & exilia sunt cum eius meritis & nostris debitis cōparentur: at eò depropta sunt, vt norint fratres nostri quā turpe sit, minora, & remissiora pręstare.

29 Post Beatissimam Virginę sponsum eius sanctissimum Ioseph Congregatio nostra magnopere venerari consuevit; nam id & summa eius dignitas, & beneficia collata reposcunt.

30 Sanctissimos quoque Prophetas, Eliam, & Eliseum instituti nostri cōditores religiosę colere, strictissimum status nostri debitum est: nec videtur Carmelitę nomine dignus, qui officium cultus istius prętermittit.

31 Clarissimos etiam sanctos nostros Angelum Martyrum, Albertumq; confesorem, quibus tota Europę Religio plurimum se debere fatetur, celebrius honorare decet. Beatissimę quoque Virginis, ac matri nostrę Teresię nos deditissimos esse, eius ac virtutes æmulari, necesse est.

32 Horum ergo sanctorum, ac aliorum, quos tanquam Patres Congregatio suspicit,

spicit, cultum exactissimum fratribus nostris commendamus: & si enim Sanctorum aliorum imitatione laudemus, ad studium horum, quos providentia singulari a Deo nobis propositos esse cognoscimus, plurimi facere, quod ad instituti nostri perfectionem parandam valde conferat, æquissimum est.

QUARTA PARS DE N. EXERCITIIS.

De exercitiorum observatione.

Caput I.



Dissensionum subiugatio, virtutum acquirentio, & orationis studium eò conferunt, ut per instituti nostri exercitia, & superiorum præscripta, ad unionem divinam aspiremus: quod fratres nostri tam serio sibi persuadere debent, ut omnino credant, ad finem, quo tendunt, exercitia nulla opportuniora, quam quæ Cōgregatio præscripsit, ab eis cogitari potuisse.

2 Graviter quippe sibi, & bono communi

R 2

noce-